18. *suo iure*, nach dem ihm zustehenden Rechte, wie § 88.

19. *contra* 'trotz'; *contionem*. 'T. Munatius Plancus post audita et obsequata testium verba dimissosque interim iudices vocata contione cohortatus erat populum, ut clusis tabernis postero die ad iudicium adesset nec pateretur elabi Milonem'. *Asconius*. Vgl. § 3. Asc. § 28.

72 27. Nec vero me, iudices, Clodianum crimen movet, nec tam sum demens tamque vestri sensus ignarus atque expers, ut nesciam, quid de morte Clodii sentiat. De qua si iam nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen impune Miloni palam clamare ac mentiri gloriose liceret: 'Occidi, occidi, non Sp. Maelium, qui 5 annona levanda iacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem videbatur, in suspicionem incidit regni adpetendi, non Ti. Gracchum, qui collegae magistratum per seditionem abrogavit, quorum interfectores impleverunt orbem terrarum nominis sui gloria, sed eum (auderet enim dicere, cum patriam periculo suo 10 liberasset), cuius nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimae feminae comprehenderant; eum, cuius supplicio senatus sollemnes religiones expiandas saepe censuit; eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus iuratus se quaestionibus habitis dixit comperisse; eum, qui civem, 15 quem senatus, quem populus Romanus, quem omnes gentes urbis ac vitae civium conversatorem iudicarent, servorum armis

1. Hiermit beginnt die Beweisführung *extra causam*; s. zu § 6 und § 92: *sed iam satis multa de causa, extra causam etiam nimis fortasse multa*. Quintil. 7, 4, 7 ff. und 4, 5, 15: *egregie Cic. pro Milone insidiatorem primo Clodium ostendit, tum addidit ex abundantia, etiam si id non fuisset, talem tamen civem cum summa virtute interfectoris et gloria necari potuisse*. Ueber die Form des Uebergangs s. Seyffert Schol. Lat. I, 64, der den Sinn der obigen Worte so angibt: 'So wenig mich aber die Anklage wegen des Clodius, die ich so eben zu widerlegen gesucht habe, alteriert, so wenig verkenne ich eure Gefühle, Richter, die ihr bei dem Tode des Clodius empfindet'.

7. *adpetendi*. Man hüte sich vor der Uebersetzung 'getrachtet zu haben'; denn die Menschen vermutheten damals nicht ein *adpetisse*, sondern ein *adpetere*. — 8. *collegae*, dem Volkstribunen M. Octavius; s. Mommsen R. G. II, 89 (3).

12. *comprehendere* 'ergreifen, ertappen', statt des gew. *deprehendere*, wie p. Flacco § 38: *cera deprehensa considerem totius testimonii factam audaciam manifesto comprehensum atque oppressam teneri*. — 13. *consuit*, s. zu § 13; *saepe*, weil der Vorfall wiederholt im Senat verhandelt wurde.

14. *sorore germana*, der jüngsten von drei Schwestern, der Gattin des L. Lucullus, von der sich dieser nach seiner Rückkehr aus Asien wegen ihrer Untreue scheidet liess. An anderen Stellen wirft Cic. dem Clodius sogar vor, mit allen seinen drei Schwestern gebuhlt zu haben. — *iuratus dicit*, als Zeuge im Process *de incesto* (s. zu § 13). Plut. v. Cic. 29: *κατεμαρτύρουσιν τοῦ Κλοδίου πολλοὶ τῶν καλῶν καγαθῶν ἀνδρῶν ἐπισημίας, ἠδαιοργίας, ὄχλων δευσιμῶν, φθορᾶς γυναικῶν*. Δευζούλλος δὲ καὶ θεοπλακιδας παρσιζει, ὡς συγγένοιτο τῇ νεωτέρῃ τῶν ἀδελφῶν ὁ Κλοδίου, ὅτι Δευζούλλου συζυγία.

15. *quaestionibus h.*, durch das Verhör seiner Sklaven beim Familiengerichte, das der Scheidung vorausging.

17. *servorum armis*, s. § 36. Auch alles übrige, was in dem § noch erwähnt wird, bezieht sich auf das Tribunat des Clodius.

exterminavit; eum, qui regna dedit ademit, orbem terrarum quibuscum voluit partitus est; eum, qui plurimis caedibus in foro factis singulari virtute et gloria civem domum vi et armis compulsi; eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore nec in libidine; eum qui aedem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam exstingeret; eum 74 denique, cui iam nulla lex erat, nullum civile ius, nulli possessionum termini, qui non calumnia litium, non iniustus vindictis ac

1. *regna dedit*. Durch eine Rogation des Clodius erhielt der Galater Brogitarus, der unwürdige Schwiegersohn des Königs Deiotarus, das Oberpriesterthum der *Magna mater deorum* zu Pessinus und den Königstitel, s. p. Sestio § 56; *ademit*, dem König Ptolemaeus von Cypern, der durch eine Rogation des Cl. seine Schätze und sein Reich verlor, das Cato in eine röm. Provinz verwandelte; s. zur or. p. Sestio § 56.

2. *partitus est*. Für die Unterstützung, welche die Consula L. Piso und A. Gabinius dem Cl. in seinem Tribunat gewährten, brachte dieser die Rogation an das Volk, dass Piso Macedonien, Gabinius Cilicien, das er sodann mit Syrien vertauschte, als Provinzen mit ausgedehntem Imperium erhalten sollten, gegen die *lex Semproniana* des C. Gracchus, die anordnete, dass der Senat jedesmal noch vor der Wahl der Consula die Provinzen vorausbestimme, in die sie nach ihrem Consulat abzugehen hätten; s. zu p. Sest. § 55 a. E. Die Vertheilung der voraus bestimmten Provinzen geschah durchs Loos oder durch gegenseitiges Abkommen. Uebrigens schwebten dem Redner bei der starken Hyperbel *orbem t. q. v. partitus est* die nicht ausgeführten tribunaischen Entwürfe des Cl. vor, die p. Sestio § 66 ebenfalls mit starker rhetorischer Uebertreibung erwähnt werden. — 3. *domum compulsi*, s. zu § 18 a. E.

5. *aedem Nympharum*. Dieses sehr selten erwähnte Heiligthum von unbekannter Lage, wo die *tabulae censoriae* aufbewahrt wurden, scheint bei den stürmischen Auftritten, welche der Verbannung Ciceros vorausgingen, in Flammen aufgegangen zu sein. — *memoriam publicam*. Die Ueberlieferung heisst eine *publica*, weil die censorischen Listen in einem öffentlichen Gebäude hinterlegt, nicht durch die *privata custodia* von Magistraten aufbewahrt wurden. — 6. *exstingeret*, um jeden beliebigen in die Bürgerlisten einzuschwärzen.

6. *termini*. Paulus Festi p. 368: *Termino sacra faciebant, quod in eius tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius statuit eum, qui terminum exarasset, et ipsum et boves sacros esse*. — *iniustus vindictis ac saor*. 'durch unrechtmässige Eigenthumsansprüche und Klagen'. Mit *sacramento* ist jene Form des alten Civilprocesses bezeichnet, bei der die streitenden Parteien eine Geldsumme von gleicher Grösse hinterlegten, oder (nach späterer Sitte) sich verbürgten sie im Fall des Verlierens an das Aorarium zu bezahlen. Die Niederlegung dieses Suerumbenzgeldes (*sacramentum*) war die Einleitung der Klage; daher die Redensart *sacramento provocare* (durch Niederlegung eines *sacram.* eine Klage erheben), *sacramento contendere* etc. Ueber den Namen bemerkt Festus p. 347: *sacramenti autem nomine id aes dicitur coeptum est, quod et propter avaritiam inopiam et sacrorum publicorum multitudinem consumebatur id in robus divinis*.

sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat, qui non solum Etruscos (eos enim penitus contempserat), sed hunc P. Varium, fortissimum atque optimum civem, iudicem nostrum, pellere possessionibus armis castrisque conatus est, qui cum architectis et decempedis villas multorum hortosque peragrabat, qui Ianiculo et Alpius spem possessionum terminarat suarum, qui cum ab equite Romano splendido et forti, M. Paconio, non impetrasset ut sibi insulam in lacu Prilio venderet, repente in tribus in eam insulam materiem, calcem, caementa, arma convexit dominoque trans ripam inspectante non dubitavit aedificium extruere in alieno; qui huic T. Furfanio, cui viro, di immortales! — quid enim ego de muliercula Scantia, quid de adulescente P. Apinio dicam? quorum utriusque mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessissent —, sed ausum esse T. Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quantum proposcerat, non dedisset, mortuum se in domum eius illaturum, qua invidia huic esset tali viro conflagrandum; qui Appium fratrem, hominem mihi coniunctum fidissima gratia, absentem de posses-

1. *castris* 'durch Lagerung', indem er ein militärisches Lager vor den betreffenden Grundstücken aufschlug; *signis inferendis* 'durch militärische Angriffe'. — 2. *Etruscos*, s. zu S. 32, 9.

6. *Ianiculo*, auf dem rechten nördlichen Ufer des Tiberflusses, wodurch sich erklärt, weshalb Cic. gerade den Ianiculus erwähnt. — 7: *terminarat* heisst es nach den vorausgehenden Imperfecta, weil angegeben wird, wie weit er den Kreis seiner Hoffnungen ausgedehnt hatte; von einem Pflegen (den früher las man *terminabat*) ist bei *terminare* nicht die Rede. *splendido*, das ehrende Beiwort des Ritterstands.

8. *Prilio*, kleiner See in Etrurien, h. T. *lago di Castiglione*.

10. *arma*, eiserne Geräthschaften, das Bauwerkzeug der Maurer und Zimmerleute. Andere verstehen 'Waffen', um etwaigem Widerstand mit Gewalt zu begegnen.

14. *sed ausum esse*. Der Infinitiv ist nicht als *inf. exclamatoris* zu fassen, sondern es liegt eine eben nicht seltene Form des Anakoluths vor, indem die unterbrochene Rede in der Construction des Zwischensatzes fortgeführt wird, durch Ergänzung von *dico* aus *quid dicam*.

16. *mortuum* 'eine Leiche'.

17. *qua* — *conflagrandum* 'eine Verdächtigung, deren Gehässigkeit diesen Mann moralisch vernichten müsse', vgl. de orat. III, 3, 11: *qui in eadem invidiae flamma fuisset*. Nägelsb. Stil, § 131, 2. — *qua* — *cuius rei*, wie § 99: *quae si vos cepit oblitio*. p. Deiot. § 26.

Appius Claudius Pulcher, der älteste Bruder des Clodius, ein Mann von aristokratischer Gesinnung, Ciceros Vorgänger in der Verwaltung von Sicilien, mit dem dieser zeitweise in ziemlich guten Verhältnissen stand.

18. *michi* sc. Ciceroni. Der lange Satz von 'Occidi, occidi' § 72 an ist zwar dem Milo in den Mund gelegt, aber bei der langen Ausspionung der sermocinatio ist dieses Verhältniss in den Hintergrund getreten.

sione fundi deiecit, qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere fundamenta, ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et limine. 28. Quamquam haec quidem iam tolerabilia videbantur, etsi aequabiliter in rem publicam in privatos, in longinquos in propinquos, in alienos in suos irruerat, sed nescio quo modo iam usu obduruerat et percalluerat civitatis incredibilis patientia: quae vero aderat iam et impendebant, quoniam modo ea aut depellere potuissetis aut ferre? Imperium si ille nactus esset, omitto socios, exteras nationes, reges, tetrarchas; vota enim faceretis ut in eos se potius immitteret quam in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias; pecunias dico? a liberis, me dius Fidius, et a coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. Fingi haec putatis, quae patent, quae nota sunt omnibus, quae tenentur? 15 servorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse, per quos totam rem publicam resque privatas omnium possideret? Quam ob rem, si eruentum gladium tenens clamaret T. Annius: 'adeste,

1. *deiecit*, der technische Ausdruck vom Verdrängen aus einem Grundbesitz. — *vestibulum*, freier Raum vor dem Haus, Vorplatz, 'locus ante ianuan domus vacuus, per quem a via aditus necessarius ad aedes est'.

sororis, wahrscheinlich der zweiten Schwester des Clodius, der Gemahlin des Q. Metellus Celer, die auf dem Palatinus, ausstossend mit ihrem Bruder, wohnte.

3. *aditu et limine*, p. Cato. § 36: *quaere, si te hodie domum tuam redeuntem evanti homines et armati non modo limine testoque ostium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibuerint, quid acturus sis*.

4. *iam* 'nachgerade'. — 6. *nescio quo modo* 'unbegreiflicher Weise'.

7. *quae vero*. Ganz ähnlich p. Bestio § 66, wo der Redner nach Schilderung der *actiones tribuniciae* des Clodius auf die nicht ausgeführten Entwürfe seines Tribunats übergeht, und gleichfalls mit der steigerten Partikel *vero* beginnt: *Quae vero promulgata illo anno fuerint*.

9. *imperium*, als Praetor. — *omitto*. Durch den Zwischensatz mit *omitto* ist ein leichtes Anakoluth entstanden; denn auf die Protasis hätte man folgende Apodosis erwartet: *non solum in vestras possessiones se immississet, sed ne a liberis quidem cohibuisset*.

10. *tetrarchas*, mit besonderer Beziehung auf die schon frühere Einmischung (s. zu § 73) in das durch Familienstreitigkeiten der Dynasten zerrüttete Galatien. *Tetrarches*, dem Namen aus Fürst von dem District eines in vier Herrschaften zertheilten Landes (so wurde Thessalien seit Philipp 344 v. Chr. als Tetrarchie verwaltet), wurde allmählich auch Titel kleinerer Fürsten, wie der Dynasten in Landschaften von Asien, die Rom noch mit einer gewissen Selbstständigkeit bestehen liess.

11. *pecunias*, hier im weiteren Sinne vom mobilen Vermögen.

12. *dius Fidius*, s. Prellers röm. Mythol. S. 634.

14. *patent* etc. 'Res manifestas continet verbum patent', conscientiam omnium et testimonium significant *quae nota sunt omnibus*, convicta sunt probationibus *quae tenentur*. Garatoni.

quaeso, atque audite, cives: P. Clodium interfeci; eius furores, quos nullis iam legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro et hac dextera a cervicibus vestris reppuli, per me ut unum ius aequitas, leges libertas, pudor pudicitia in civitate manerent, esset vero timendum, quonam modo id ferret civitas! Nunc enim quis est qui non probet, qui non laudet, qui non unum post hominum memoriam T. Annium plurimum rei publicae profuisse, maxima laetitia populum Romanum, cunctam Italiam, nationes omnes adfecisse et dicat et sentiat? Non queo vetera illa populi Romani gaudia quanta fuerint iudicare; multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas victorias aetas nostra vidit, quarum nulla neque tam diuturnam attulit laetitiam nec tantam. Mandate hoc memoriae, iudices. Spero multa vos liberosque vestros in re publica bona esse visuros: in iis singulis ita semper existimabitis, vivo P. Clodio nihil eorum vos visuros fuisse. In spem maximam et, quem ad modum confido, verissimam sumus adducti, hunc ipsum annum, hoc ipso summo viro consule, compressa hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus et iudiciis constitutis, salutarem civitati fore. Num quis est igitur tam demens, qui hoc P. Clodio vivo contingere potuisse arbitretur? Quid? ea, quae tenetis privata atque vestra, dominante homine furioso quod ius perpetuae possessionis habere potuissent?

29. Non timeo, iudices, ne odio inimicitarum mearum inflammatus libentius haec in illum evomere videar quam verius. Etenim si praecipuum esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem quantum in illo sceleris, quantum exitii fuerit. Quin sic attendite, iudices. Nempe haec est quaestio de interitu P. Clodii: fingite animis (liberae sunt enim nostrae cogitationes et quae volunt

5. vero 'wahrhaftig, in der That', dient zur Steigerung der Ironie.

nunc, wo Milo kein so hohes Verdienst in Anspruch nimmt.

9. non queo, so immer Cic. in der ersten Person, nicht nequeo.

11. vidit 'hat erlebt', wie Z. 14 esse visuros.

13. hoc, die folgende Bemerkung.

24. libentius 'mehr nach Herzenslust'. Unnötig ist die Vermuthung licentius. Qui libenter aliquid facit, folgt der Stimme seines Herzens, also auch der Leidenschaft, welche die Grenzen der Wahrheit oft zu überschreiten pflegt.

25. etenim si 'denn wenn auch'; praecipuum 'vornehmlich, besonders gross', im Gegensatz von aequaliter versari 'sich auf gleicher Stufe halten'. — 28. sceleris 'Ruchlosigkeit', exitii 'Unheil'. — quin hier = potius, Correctio in Form einer Aufforderung; sic attendite 'betrachtet die Sache so, von folgendem Gesichtspunkt!'

sic intuentur, ut ea cernimus, quae videmus), fingite igitur cogitatione imaginem huius condicionis meae, si possim efficere, ut Milonem absolvatis, sed ita, si P. Clodius revixerit — quid vultu extimistis? quonam modo ille vos vivus adficeret, quos mortuus inani cogitatione percussit? Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute ac fortuna est, ut ea potuerit semper, quae nemo praeter illum, si is, inquam, potuisset aut quaestionem de morte P. Clodii ferre aut ipsum ab inferis excitare, utrum putatis potius facturum fuisse? Etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis avocare, propter rem publicam non fecisset. Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis, et de eius nece lata quaestio est, qui si eadem lege reviviscere posset, lata lex numquam esset. Huius ergo interfactor si esset, in confitendo ab iisne poenam timeret, quos liberavisset? Graeci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt — quae ego vidi Athenis, quae aliis in urbibus Graeciae! quas res divinas talibus institutas viris, quos cantus, quae carmina! prope ad immortalitatis et religionem et

1. ut ea cernimus, quae videmus, wie wir Gegenstände gewahren und nach allen ihren Merkmalen erfassen, die vor unser leibliches Auge treten. — 2. huius condicionis meae, 'einer derartigen von mir gestellten Bedingung'; si possim 'wenn ich nemlich vermöchte' gibt den Inhalt der condicio.

3. Der erwartete Nachsatz zu fingite 'würdet ihr die condicio annehmen?' ist durch die lebhafte Form der Apostrophe, die hier von vortrefflicher Wirkung ist, unterdrückt. — 4. quos: viell. richtiger qui vos, wie A. Spengel vorschlägt, s. § 90.

7. si potuisset aut etc., wenn ihm die Alternative möglich gewesen wäre.

10. avocare: gewählt statt des gewöhnlichen evocare, gleichsam 'von der Gesellschaft, aus dem Kreis der Abgeschiedenen abrufen'.

12. eadem lege, scil. qua quaestio lata est. — 13. interfactor, hier im engeren Sinn vom dolosen Todtschläger. — 15. Graeci homines — vos: über die Form dieses rhetorischen Schlusses (Enthymema) s. zu p. Arch. § 17 und Madvig § 438. — 17. res divinas. Demosth. περί της παραπροσεβίας § 280: Ἀρμόδιου καὶ Ἀριστογείτονος τῶν τὰ μέγιστ' ἀγαθὰ ὑμᾶς εἰργασμένων, οὓς νόμῳ διὰ τὰς εὐσεβείας, ἐς ὑψηλὴν εἰς ὑμᾶς, ἐν ἀπασὶ τοῖς ἱεροῖς ἐπὶ ταῖς θυσίαις σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινοῦδος πεποιήσθε καὶ ἀδεῖτε καὶ τιμᾶτε ἐξ ἰσού τοῖς ἥρωσι καὶ τοῖς θεοῖς.

18. cantus, feierliche und religiöse Gesänge; carmina, Gedichte und Lieder aller Art, hier bes. die sogenannten ἀόλιαι oder Rundgesänge, von denen sich ein berühmtes von Kallistratos erhalten hat, dessen erste Strophe wir beisetzen: Ἐν μύθῳ κλαδί τὸ ζῆτος φέρῃσω, ἢ ὡσπερ Ἀρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, ἢ ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην ἢ ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιήσθη. — immortalitatis, i. e. immortalis naturae; vgl. de nat. deor. III § 50: atque in plerisque civitatibus intellegi potest, augendae virtutis gratia, quo libentius rei p. causa periculum adiret optimis quisque, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam.

memoriam consecrantur —: vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem non modo honoribus nullis adficietis, sed etiam ad supplicium rapi patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquam, si fecisset, et magno animo et libenter, fecisse se libertatis omnium causa, quod esset ei non confitendum modo, verum etiam praedicandum. 30. Etenim si id non negat, ex quo nihil petit nisi ut ignoscatur, dubitaret id fateri, ex quo etiam praemia laudis essent petenda? nisi vero gratus putat esse vobis, sui se capitis quam vestri defensorem fuisse, cum praesertim in ea confessione, si grati esse velletis, honores adsequeretur amplissimos. 10 Si factum vobis non probaretur (quamquam qui poterat salus sua cuiquam non probari?), sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata civitate; nam quid esset ingratus quam laetari ceteros, lugere eum solum, propter quem ceteri laetarentur? Quamquam hoc animo semper omnes fuimus in patriae proditoribus opprimendis, ut, quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoque et invidiam nostram putaremus. Nam quae mihi ipsi tribuenda laus esset, cum tantum in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris ausus essem, si id, quod conabar, siue maximis dimicationibus meis me esse ausurum arbitrarer? Quae mulier sceleratum ac perniciosum civem interficere non auderet, si peri-

4. et, sc. confiteretur, 'und zwar', wie § 67 appello, et ea voce; magno et libenter gehört zu confiteretur, nicht zu fecisse. Einige Hdschr. haben libente, wofür man aber nach Cic. Sprachgebrauch libenti erwartete, wie ad Att. II, 4, 2: animo gaudenti ac libenti; de har. resp. § 11 non modo patienti sed etiam libenti animo. Die Verbindung von ungleichmässigen Gliedern ist auch bei Cic. nicht selten, wie de rep. II, 2, 4 aequo animo libenterque, ebenso Val. Max. V, 6: animo aequo ac libenter.

5. id non negat, die That aus Nothwehr.

7. id fateri, die Tödtung des Clodius zum Besten des Staats. — praemia laudis, die löbliche That (das Verdienst) verdient, wie in Cat. III, § 26: quibus pro tantis rebus nullum ego a vobis praemium virtutis postulo, und unten § 96 und 97. Andere erklären 'Lob zum Lohne', was nur praemium laudis bedeuten könnte.

9. vestri. Falsch ist die Lesart vestri ordinis; denn die aus den drei Ständen des Volks gewählten und alle Jahre erneuerten Richter haben nicht als solche einen ordo gebildet. Auch ist hier nicht von einer besonderen Vertheidigung der Richter die Rede, sondern des ganzen Volkes; s. zu § 34 S. 39, 6; — in ea confessione 'bei diesem Geständniss'.

12. sed tamen, Zumpt § 739. — 14. Der Satz mit nam entschuldigt den Ausdruck ingrata: ich darf es wohl wagen ingrata zu sagen; nam quid etc. — 15. propter, s. zu § 58.

16. omnes, die § 83 aufgezählt werden. — 18. nostram, als unseren Antheil, wie Sall. in Lepidi or. § 23: cum relegati in paludes et silvas contumeliam atque invidiam suam, praemia penes paucos intellexerint.

culum non timeret? Proposita invidia, morte, poena qui nihilo segnius rem publicam defendit, is vir vere putandus est. Populi grati est praemiis adficere bene meritos de re publica cives, viri fortis ne supplicii quidem moveri, ut fortiter fecisse paeniteat. 5 Quam ob rem uteretur eadem confessione T. Annius, qua Abala, qua Nasia, qua Opimius, qua Marius, qua nosmet ipsi, et si grata res publica esset, laetaretur, si ingrata, tamen in gravi fortuna conscientia sua niteretur.

Sed huius beneficii gratiam, iudices, fortuna populi Romani et vestra felicitas et di immortales sibi deberi putant. Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim esse ducit numenve divinum, quem neque imperii nostri magnitudo neque sol ille nec caeli signorumque motus nec vicissitudines rerum atque ordines movent neque, id quod maximum est, maiorum sapientia, qui sacra, qui caerimonias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt et nobis suis posteris prodiderunt. 31. Est, est profecto illa vis, neque in his corporibus atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat et sentiat, non inest in hoc tanto naturae et tam praeclaro motu: nisi forte idcirco non putant, quia non apparet nec cernitur, proinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, qua haec ipsa agimus ac dicimus, videre aut plane, qualis aut ubi sit, sentire possimus. Ea vis igitur ipsa, quae saepe incredibiles huic urbi felicitates atque opes attulit, illam perniciem exstinxit ac sustulit, cui primum mentem iniecit, ut vi irritare ferroque lacessere fortissimum virum

1. proposita 'bei Aussicht auf'.

5. quam ob rem. Damit schliesst die Durchführung der qualitas compensati'a (s. zu S. 17 Z. 18), worauf Cic. noch zu erweisen sucht, dass der Tod des Clodius eigentlich göttliche Strafe gewesen sei.

12. imperii magnitudo, in der sich sichtbar die Wirkung göttlichen Waltens zeigt. — 13. viciss. rerum atque ordines 'Wechsel und Aufeinanderfolge in der Natur', so der Jahreszeiten, von Tag und Nacht etc.

14. maiorum, so öfters ohne Zusatz von noster; s. zu p. Rosc. § 111.

17. neque in his corp. In einer bes. im Griechischen häufigen Form ist der zur Begründung dienende Gegensatz coordiniert statt subordiniert für: neque, eum in his corp. inest quiddam, non inest in naturae motu: 'und da in unsern Körpern ein lebendes und empfindendes Wesen waltet, so ist undenkbar, dass nicht auch'. Vgl. Madvig § 438.

19. putant: das Subject aus dem vorausgehenden quisquam Z. 11 zu ergänzen. — 20. nostram ipsam mentem, unseren Geist selbst, d. i. seine Wesenheit, im Gegensatz seiner Wirkungen.

24. opes, Mittel, Macht etwas auszurichten.

25. mentem iniecit ut. Ein von den Alten häufig ausgesprochener Gedanke von tiefem sittlichen Gehalt, wie z. B. in dem Dichterfragment bei Lykurg adv. Leocr. § 92: ὅταν γὰρ ὀργῇ δαιμόνων βλάπτῃ τινά.

auderet vincereturque ab eo, quem si vicisset, habiturus esset im-
 85 punitatem et licentiam sempiternam. Non est humano consilio,
 ne mediocri quidem, iudices, deorum immortalium cura res illa
 perfecta: religiones me hercule ipsae, quae illam beluam cadere
 viderunt, commovisse se videntur et ius in illo suum retinuisse. 5
 Vos enim iam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro at-
 que obtestor, vosque, Albanorum obrutae arae, sacrorum populi
 Romani sociae et aequales, quas ille praiceps amentia caesis pro-
 stratisque sanctissimis lucis substructionum insanis molibus op-
 presserat; vestrae tum arae, vestrae religiones viguerunt, vestra vis
 10 valuit, quam ille omni scelere polluerat; tuque ex tuo edito monte,
 Latiaris sancte Iuppiter, cuius ille lacus, nemora finesque saepe
 omni nefario stupro et scelere macularat, aliquando ad eum puni-
 endum oculos aperuisti: vobis illae, vobis vestro in conspectu
 86 serae, sed iustae tamen et debitae poenae solutae sunt. Nisi forte
 hoc etiam casu factum esse dicemus, ut ante ipsum sacrarum
 Bonae Deae, quod est in fundo T. Sergii Galli, in primis honesti

τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον, ἐξαιροῦνται φρενῶν || τὸν ποῦν τὸν ἐσθλόν, εἰς
 δὲ τὴν χεῖρον ἰσχυρεῖ || γνώμην, ἢ εἰδῆ μηδὲν ὡν ἀμαρτάνει.
 Dem *primum* entsprechen, wie es scheint, die Worte Cap. 32 a. A. Die
 göttliche Macht hat jenen Unhold vertilgt; denn sie flösste erstlich ihm
 den Gedanken ein den Milo herauszufordern, wodurch er den Tod fand;
 dann bewirkte sie durch den Wahnsinn seiner Spiessgesellen, dass noch
 sein Leichnam das schmachlichste Schicksal erfuhr.

1. *vincereturque*, coordinierte Verbindung bei logischer Subordination
 (consecutive Verhältniss), vermittelt durch die in *que* häufig liegende
 Nebenbedeutung 'und so'; *habiturus esset*: wie von *haberet* (*habuisset*) ver-
 schieden?

3. *ne mediocri quidem*, sed singulari. — 4. *religiones*, die Heiligkeiten,
 d. i. die heiligen Stätten. — 6. *vos enim*. Wie ist diese Apostrophe
 vom sittlichen Standpunkt aus zu würdigen?

7. *Albanorum*. Bei der Zerstörung von Alba durch Tullus Hostilius,
 nach welcher die Einwohner Wohnsitze zu Rom auf dem Berg Caelius
 erhielten, wurden die Tempel verschont und die sacra der Albaner als
publica populi Ro. anerkannt (*arae sociae*). Wenn nun Cic. sagt *obrutae*, so
 misst er die Zerstörung der *arae* dem Clodius bei; doch waren viele gewiss
 längst durch das Alter eingestürzt. — 8. *aequales*. Ist diese Zeit-
 bestimmung nach der römischen Sagen-geschichte richtig?

10. *arae*, wofür man *irae* vermuthet hat, ist viell. zu streichen.

11. *edito monte*, dem *Albanus*, h. T. Monte Cavo, dem höchsten Berge
 von Latium, auf dem Tarquinius Superbus dem *Iuppiter Latiaris* (auch
Latiialis) als Schirmherrn des Latinerbundes einen Tempel erbaut hatte,
 in dem alljährlich die *feriae Latinae* begangen wurden. — 12. *lacus*. Am
 südwestlichen Abhang des *mons Albanus* liegt der *lacus Albanus* von
 ziemlich beträchtlichem Umfang. — 14. *illae* 'die damaligen'.

17. *Bonae Deae*, s. Asc. Arg. § 4.

et ornati adolescentis, ante ipsam, inquam, Bonam Deam, cum
 proelium commisisset, primum illud vulnus acciperet, quo taeter-
 rimam mortem obiret, ut non absolutus iudicio illo nefario vide-
 retur, sed ad hanc insignem poenam reservatus. 32. Nec vero
 non eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniicit amentiam, ut
 5 sine imaginibus, sine cantu atque ludis, sine exsequiis, sine la-
 mentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruore et luto,
 spoliatus illius supremi diei celebritate, cui cedere inimici etiam
 solent, ambureretur abiectus. Non fuisse credo fas clarissimorum
 10 virorum formas illi taeterrimo parricidae aliquid decoris adferre,
 neque ullo in loco potius mortem eius lacerari, quam in quo esset
 vita damnata.

Dura, me dius Fidius, mihi iam Fortuna populi Romani et 87
 crudelis videbatur, quae tot annos illum in hanc rem publicam
 insultare pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones, se-
 15 natus gravissima decreta perfregerat, pecunia se a iudicibus pa-
 lam redemerat, vexarat in tribunatu senatum, omnium ordinum
 consensu pro salute rei publicae gesta resciderat, me patria ex-
 pulerat, bona diripuerat, domum incenderat, liberos, coniugem

2. *taeterrimam*, d. i. den Tod eines Banditen. — 3. *iudicio*, s. zu § 13.
 Ueber das Imperfect *videretur* s. Madv. § 383.

4. *neo vero non* 'auch hat gewiss'. — 6. *cantu*, der tibicines und cor-
 nicines, s. Beckers Gallus III, 279; *ludis*, sc. gladiatorii, die vor der
 Verbrennung der Leiche von den sogen. *bustuarii* auf dem *bustum* aus-
 geführt wurden; *lamentis*, der *praefone*, s. Becker a. a. O. S. 279 f.

7. *sine funere* 'ohne Leiche', d. h. ohne dass der Leichnam feierlich
 auf einem lectus funebris getragen wurde. Passend vergleicht Richter
 Suet. Domit. 15: *evenit ut repentina tempestate deiecto funere semistium*
cadaver dispererent canes. — *cruore*, Asc. Arg. § 7.

8. *cedere*, indem sie sich von dem zahlreich besuchten Leichenbegäng-
 niss nicht ausschliessen. — 10. *formas*, d. h. die Wachsmasken oder
imagines maiorum, welche Personen, ähnlich an Grösse und Gestalt, vor
 das Gesicht nahmen und in der Tracht und den Insignien der *maiores*
 dem *lectus* im Leichenzug vorangingen; Beckers Gallus III S. 281.

11. *mortem eius* = *eum mortuum* 'er im Tode', eine uns fremde Me-
 tapher, wie p. Sestio § 83 *eius igitur vitam quisquam spoliandam orna-*
mentis esse dicit, cuius mortem ornandam monumento sempiterno putaretis?

16. *decreta*, s. zu §§ 13 u. 73. — 17. *redemerat*, was ihm Cic. auch
 in dem fragm. or. de aere alieno Mil. p. 346 Or. vorwirft: *iterum a*
privatis redemptum. Quo enim nomine appellem eos, qui te pretio accepto
liberaverunt? wozu der Scholiast bemerkt: *significat iudices eos, qui ac-*
cepta pecunia reum de incesto absolverant Clodium. — *vexarat senatum*,
 aamentlich durch die Rogation über die Consularprovinzen, die Erthei-
 lung des Königtums an Brogitarus etc. s. zu § 73.

18. *gesta resciderat*, durch die Verbannung ihres Auctors. — 19. *bona*
dirip. da die Rogation, durch die Clodius Ciceros Verbannung vom Volk
 bestätigen liess, auch die Publication seiner Güter verhängte; s. Asc.

meam vexarat, Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat, magistratum privatorumque caedes effecerat, domum mei fratris incenderat, vastarat Etruriam, multos sedibus ac fortunis eiecerat; instabat urgebat; capere eius amentiam civitas, Italia, provinciae, regna non poterant; incidebantur iam domi leges, quae nos servis nostris addicerent: nihil erat cuiusquam, quod quidem ille admasset, quod non hoc anno suum fore putaret. Obstabat eius cogitationibus nemo praeter Milonem. Illum ipsum, qui obstare poterat, novo reditu in gratiam quasi devinctum arbitrabatur: Caesaris potentiam suam esse dicebat; bonorum animos in meo casu contempserat; Milo unus urgebat. 33. Hic di immortales, ut supra dixi, mentem illi perditio ac furioso dederunt, ut huic faceret insidias. Aliter perire pestis illa non potuit; numquam illum res publica suo iure esset ulta. Senatus, credo, praetorem eum circumscriptisset. Ne cum solebat quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid profecerat. An consules in praetore coercendo fortes fuissent? Primum Milone occiso habuisset suos

Arg. § 33. Nach der Bestätigung seiner Rogation zerstörte Clodius Ciceros Haus auf dem Palatinus und plünderte und verwüstete seine Villen, das Tusculanum und Formianum. Seine vertriebene Gemahlin Terentia begab sich mit ihren Kindern in den Schutz ihrer Schwester Fabia, einer Vestalin.

2. domum mei fratris, nach der Zurückberufung des M. Cicero, als der Wiederaufbau seines Hauses begonnen hatte, 57 v. Chr., worüber dieser an Atticus 4, 3, 2 schreibt: *armatis hominibus ante diem III Non. Nov. expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porticus Catuli, quae ex senatus consulto consulum locatione restituebatur et ad tectum paene pervenerat; Quinti fratris domus primo fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflammata iussu Clodii etc.*

4. capere, wie das griech. *χωρεῖν*, 'fassen, Raum bieten'. Ueber provinciae regna s. § 73 u. bes. p. Sestio § 66. — 5. incidebantur sc. in aeo, was erst nach Annahme von Gesetzen geschah, hyperbolisch für scribebantur. — leges, s. § 33; addicerent 'zu Leibeigene machen sollten'. Servis ist rhet. Uebertreibung für libertis, wobei Cic. wohl auch die nach Durchsetzung der lex über das Stimmrecht der libertini weiter zu erwartenden leges im Auge hatte.

7. hoc anno, in welchem die Rede gehalten ward.

9. reditu in gratiam, s. zu § 21; devinctum 'gefesselt'. — 10. animos 'Muth'. — 12. illi perditio. Das Adjectiv ist nicht substantiviert, sondern als Attribut zu fassen; Näg. Stil. § 25, 5.

15. circumscriptisset. Der Senat hatte das Recht Magistrate, die sich eine Ueberschreitung ihrer potestas erlaubten, in ihre gesetzlichen Befugnisse zurückzuweisen (circumscribere). — ne eum, auch nicht als er ihn zu massregeln pflegte (solebat facere heisst es heissend st. faciebat), hatte er bei ihm, auch als er nur Privatmann war, irgend einen Erfolg gehabt (Bake vermuthete volebat).

16. an consules, s. zu § 34.

consules; deinde quis in eo praetore consul fortis esset, per quem tribunal virtutem consularem crudelissime vexatam esse meminisset? Oppressisset omnia, possideret, teneret; lege nova, quae est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis, servos nostros libertos suos fecisset; postremo, nisi eum di immortales in eam mentem impulissent, ut homo effeminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie rem publicam nullam haberetis. An ille praetor, ille vero consul, si modo haec templa atque ipsa moenia stare eo vivo tam diu et consulatum eius exspectare potuissent, ille denique vivus mali nihil fecisset, qui mortuus uno ex suis satellitibus duce curiam incenderit? Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini, inflammari, excindi, funestari, neque id fieri a multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab uno! Qui cum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? In curiam potissimum abiicit, ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat. Et sunt qui de via Appia querantur, taceant de curia, et qui ab eo spirante forum putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaveri curia! Excitate, excitare ipsum, si potestis, a mortuis: frangetis impetum

1. quis esset 'wer mochte sein, hätte sein sollen'? — 2. virtutem consularem, d. h. einen Mann, der sich als Consul hochverdient gemacht hatte; vgl. § 101: *haec tanta virtus ex hac urbe expelletur*. — 4. quae — Clodianis hält Bako für ein Einschleissel; doch konnte Cic. gar wohl einen solchen Zusatz bei späterer Abfassung der Rede gemacht haben.

8. vero consul, 'erst gar als Consul'. — 10. uno duce, sc. Sex. Clodio, was in den Handschr. als Glossem vor duce eingesetzt ist.

12. sanctitatis 'der Sittlichkeit, der sittlichen Würde'; mentis 'der Staatsweisheit' (or. de har. resp. § 58 *senatus, principis salutis mentis quo publicae*); consilii publici, 'des Staatsraths', wo die öffentlichen Angelegenheiten berathen und verwaltet wurden.

15. inflammari. Die Infinitive hängen von vidimus ab, als nähere Erklärung von quo. Vgl. Tac. Hist. 3, 68. *Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoveret illa facies, Romanum principem . . . relicta fortunae suae sede per populum, per urbem exire de imperio*. Ibid. 3, 72. *Id facinus post conditam urbem luctuosissimum . . . accidit, sedem Iovis Optimi Maximi furore principum excindi*. — funestari, nach dem religiösen Glauben der Alten, dass geweihte Orte durch Leichname entweiht werden; vgl. p. Rab. perd. reo § 11: *ego, qui funestari conationem contagione carnificis veto*. — neque id fieri a multitudine etc. Hier ist die rhetorische *ἕξορυσία* unlogisch geworden, da eben die multitudo oder der populus, wie Asconius (Arg. § 8) sagt, duce Sex. Clodio den Brand angerichtet hat.

20. ab 'vor, gegen', nicht 'von'.

vivi, cuius vix sustinetis furias insepulti? nisi vero sustinuistis eos, qui cum facibus ad curiam concurrerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. Caedi vidistis populum Romanum, contionem gladiis disturbari, cum audiretur silentio M. Caelius tribunus pl., vir et in re publica fortissimus et in suscepta causa firmissimus et honorum voluntati et auctoritati senatus deditus et in hac Milonis sive invidia sive fortuna singulari divina et incredibili fide.

92 34. Sed iam satis multa de causa, extra causam etiam nimis fortasse multa. Quid restat nisi ut orem obtesterque vos, iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat, ego etiam repugnante hoc et imploro et exposco? Nolite, si in nostro omnium fletu nullam lacrimam aspexistis Milonis, si vultum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem ac non mutatam videtis, hoc minus ei parcere: haud scio an multo sit etiam adiuvandus magis. Etenim si in gladiatoriiis pugnis et in infimi generis hominum condicione atque fortuna timidos atque supplices et ut vivere liceat obsecrantes etiam odisse solemus, fortes atque animosos et se acriter ipsos morti offerentes servare cupimus, eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt quam qui illam efflagitant, quanto

1. nisi vero kräftiger als nisi forte (Zumpt § 526): ihr müsstet nur wirklich.
2. cum falcibus, mit Brechwerkzeugen, um die Stufen zum Tempel niederzureissen und ihn dadurch zu einem Bollwerk umzuschaffen.
3. silentio ist beigesetzt, um die contio als eine ruhige, allem Tumult fremde zu bezeichnen, weshalb ein Angriff der Clodianaer um so muthwilliger erscheinen musste. — 5. M. Caelius, s. Asc. § 9. Seine Charakterlosigkeit trat erst später recht zu Tage, daher Cic. im Brutus § 273 wenigstens beschränkend sagt: qui quam diu auctoritati meae paruit, talis tribunus pl. fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque demeritiam a senatu et a bonorum causa steterit constantius.
6. auctoritati 'Willensmeinung', was voluntas von den boni.
7. singulari gehört zu fortuna. Sie heisst singularis, weil Milo, der beharrliche Kämpfer gegen Anarchie, sich jetzt selbst als Störer der öffentlichen Ruhe mit Verurtheilung bedroht sieht.
9. Sed iam, Anfang des epilogus oder der peroratio. — 13. nullam lacrimam: Plut. v. Cic. c. 35: τότε δ' οὐκ ἔκλαυσε ἐπὶ τὴν τοῦ Μίλωνος δίκην προσελθὼν καὶ θεασάμενος τὸν Πομπηίου ἀνω καθέζομενον ὡσπερ ἐν σιγατοπέδῳ καὶ χέκλῳ τὰ ἔπλα περιλαμβάνοντα τὴν ἀγορὰν συνεχύθη καὶ μόλις ἐνήρξαστο. τοῦ Μίλωνος εὐθυμοῦς καὶ ἀνδρείως παρασταμένου τῷ ἀγωνί καὶ κόμην θρόνον καὶ μεταβαλεῖν λαθῆνα φαίαν ἀπαξώσαντος ὅπερ οὐχ ἥκιστα δοκεῖ σιναίτιον αἰτῶ γενέσθαι τῆς καταδίκης.
19. ipse 'von selbst' = ultro. — 20. cupimus 'geneigt sind'; servare heisst es, nicht servari, weil der Redner an die Zuschauer denkt, die den Gladiator begnadigen oder ihn tödten hiessen.

hoc magis in fortissimis civibus facere debemus! Me quidem, iudices, examinant et interimunt hae voces Milonis, quas audio assidue et quibus intersum cotidie. 'Valeant,' inquit 'valeant cives mei; sint incolumes, sint florentes, sint beati; stet haec urbs praeclara mihiq;ue patria carissima, quoquo modo erit merita de me; tranquilla re publica mei cives, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed propter me tamen perfruantur: ego cedam atque abibo; si mihi bona re publica frui non licuerit, at carebo mala, et quam primum tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam. O frustra' inquit 'mihi suscepti labores! 93 o spes fallaces et cogitationes inanes meae! Ego cum tribunus pl. re publica oppressa me senatu dedissem, quem extinctum acceperam, equitibus Romanis, quorum vires erant debiles, bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant, mihi 15 unquam bonorum praesidium defuturum putarem? ego cum te' (mecum enim saepissime loquitur) 'patriae reddidissem, mihi putarem in patria non futurum locum? Ubi nunc senatus est, quem secuti sumus? ubi equites Romani illi, illi' inquit 'tui? ubi studia municipiorum? ubi Italiae voces? ubi denique tua illa, M. 20 Tulli, quae plurimis fuit auxilio, vox atque defensio? mihi ne ea

3. quibus intersum 'von denen ich Zeuge bin'. — 5. patria, s. zu § 101.
7. ipsi 'für sich', d. i. allein ohne mich; — propter me, so der Palimpsest für per me, vgl. § 58. Der Ausspruch klingt so bescheiden, als wenn per me gelesen wird.

8. bona re p., als welche sie dem Redner bei einer Verurtheilung des Milo nicht erscheint; — carebo 'werde nicht haben, nichts zu schaffen haben'. — 9. primum, wofür der gewöhnl. Gebrauch primam erforderte, ist als Adverbium mit tetigero verbunden (= cum primum tetigero aliquam b. m. civitatem); vgl. zu Cat. 3, § 15.

10. o frustra etc. Quintil. 6, 1, 27: 'Cicero quamquam preces non dat Miloni eumque potius animi praestantia commendat, accommodavit tamen ei verba, convenientes etiam forti viro conquestiones; O frustra'. Beim Dativ mihi suscepti erscheint die Thätigkeit der Person in den Hintergrund gestellt und mehr die Beziehung hervorgehoben, in der die vollendete Handlung zur Person sich darstellt; die labores liegen als für mich erfolglose vor. Ueber den seltsamen Nominativ beim Ausruf s. p. Deiot. § 29 und Zumpt § 402.

12. extinctum acceperam. So konnte Milo sagen, weil die Führung des Tribunats als ein rem publicam administrare (gubernare p. Plancio § 13) galt, und es demnach einem Volkstribun oblag, die einzelnen Staatsgewalten zu heben und zu fördern.

13. vires debiles: sie hatten unter anderm die Wuth der Clodianaer bei der Verwendung für Cicero erfahren; s. zu § 37.

18. equites tui 'dir ergeben', wie § 89 suos consules. Plin. Nat. H. 30, 8, 34: M. Cicero stabilivit equestre nomen in consulatu suo Catilinarius rebus, ex eo se ordine profectum esse celebrans eiusque vires peculiari popularitate quaerens.

95 soli, qui pro te totiens morti me obtuli, nihil potest opitulari? 35. Nec vero haec, iudices, ut ego nunc, flens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. Negat enim, negat ingratis civibus fecisse se quae fecerit, timidus et omnia circumspicientibus pericula non negat. Plebem et infimam multitudinem, quae P. Clodio 5 duce fortunae vestris imminerebat, eam, quo tutior esset vestra vita, se fecisse commemorat ut non modo virtute flecteret, sed etiam 10 tribus suis patrimoniis deleniret, nec timet ne, cum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rem publicam singularibus. Senatus erga se benevolentiam temporibus his ipsis 10 saepe esse perspectam, vestras vero et vestrorum ordinum occupationes, studia, se mones, quemcumque cursum fortuna dederit, 96 se secum ablaturum esse dicit. Meminit etiam vocem sibi praeconis modo defuisse, quam minime desiderarit, populi vero cunctis suffragiis, quod unum cupierit, se consulem declaratum; nunc denique, si haec contra se sint futura, sibi facinoris

3. *ingratis*. Undank seiner Mitbürger als Zeichen einer schlechten Gesinnung würde ihn vielleicht erschüttern, nicht aber ihre Zaghaftigkeit, die nur Schwäche des Charakters verräth. Dass aber M. zahlreiche Beweise von Dankbarkeit erfahren habe, wird im folgenden einzeln durchgeführt.

5. *plebem* etc. Ueber den Bau des Satzes s. Nägelsb. Stil § 145, 1. 8. *tribus patrimoniis*. 'Puto iam supra esse dictum, Milonem ex familia fuisse Papia, deinde adoptatum esse ab C. Annio, a quo materuo. Tertium patrimonium videtur significare matris; aliud enim quod fuerit, non invenio'. *Asconius*. Das dritte patrim. ist vielleicht das seiner Frau Fausta von ihrem Vater Sulla gewesen. Uebrigens bemerke man, wie die advocatische Kunst des Redners selbst den ungesetzlichen Largitionen des Milo eine gute Seite abzugewinnen weiss. — *muneribus* sc. gladiatorii. Ueber Milos Verschwendung in dieser Beziehung bemerkt Cic. selbst ad Q. fr. 3, 9, 2: *angit unus Milo; sed velin finem adferat consulatus eius. de quo cetera nisi plane vis eripuerit, recte sunt; de re familiarum timeo: o di patrum ovium aventis, qui ludos Hecuba comparat.*

11. *vestrorum ordinum*, der Ritter und der Aerartribunen, der Repräsentanten des Plebejerstandes (s. zu Asc. A. § 26); denn der Senat ist schon vorher besonders erwähnt.

13. *meminit etiam*: 'er erinnert sich auch' sagt Cic., indem er die ihm wiederholt ausgesprochenen Gedanken des M. referiert. So erscheint es nicht nöthig das Wort in der bei Cic. nicht nachweisbaren Bedeutung von *dicit* oder *commemorat* zu fassen, weil es zwischen *negat* und *addit* stehe. — *vocem praeconis*. Der Praeco rief nicht blos die Abstimmungen der einzelnen Centurien aus, sondern auch das endliche Wahlergebniss, worauf erst die feierliche *renuntiatio* von Seite des Vorsitzenden erfolgte.

14. *minime desiderarit*, da auch so der Wille des Volks klar genug war.

15. *cunctis suffragiis*, so viele neml. vor Unterbrechung der Comitien bekannt geworden waren. Auch so ist der Ausspruch sicherlich rhetorische Uebertreibung.

16. *haec*, die für die Gerichtsverhandlung getroffenen Anstalten; — *faci-*

suspicionem, non facti crimen obstare. Addit haec, quae certe vera sunt, fortes et sapientes viros non tam praemia sequi solere recte factorum quam ipsa recte facta; se nihil in vita nisi praeclarissime fecisse, si quidem nihil sit praestabilius viro quam periculis patriam liberare; beatos esse, quibus ea res honori fuerit a suis civibus, nec tamen eos miseros, qui beneficio cives suos vicerint; sed tamen ex omnibus praemiis virtutis, si esset habenda 97 ratio praemiorum, amplissimum esse praemium gloriam; esse hanc unam, quae brevitatem vitae posteritatis memoria consolaretur, quae efficeret, ut absentes adessemus, mortui viveremus; hanc denique esse, cuius gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere. 'De me' inquit 'semper populus Romanus, 98 semper omnes gentes loquentur, nulla unquam obmutescet vetustas. Quin hoc tempore ipso, cum omnes a cunctis inimicis 15 faces invidiae meae subiciantur, tamen omni in hominum coetu gratis agendis et gratulationibus habendis et omni sermone celebramur. Omitto Etruriae festos et actos et institutos dies: centesima lux est haec ab interitu P. Clodii et, opinor, altera: qua fines imperii populi Romani sunt, ea non solum fama iam de illo, 20 sed etiam laetitia peragravit. Quam ob rem, ubi corpus hoc sit, non' inquit 'laboro, quoniam omnibus in terris et iam versatur et semper habitabit nominis mei gloria.'

36. Haec tu mecum saepe his absentibus, sed eisdem audientibus haec ego tecum, Milo: Te quidem, cum isto animo es, 99 satis laudare non possum, sed, quo est ista magis divina virtus, 25

noris suspicionem, als führe er ein Unternehmen gegen den Staat im Schilde s. § 63 ff.; *facti crimen*, der Ermordung des Clodius. Andere beziehen minder wahrscheinlich *facinoris* s. auf die zur Last gelegten Anschläge gegen Pompeius s. § 67 sq.

6. *beneficio cives suos vicerint*, euphemistisch für: denen ihre Mitbürger mit Uodank gelohnt haben.

7. *sed tamen*, beschränkender Gegensatz zu den Worten: *fortes viros non sequi (illos quidem) solere*. — *esset habenda* — *consolaretur*: Uebergang in die historische Darstellung, indem sich der Redner auf frühere Aeusserungen des Milo bezieht.

